



Universitätsbibliothek Paderborn

**Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè
fidelis & verè devoti ...**

... De Excellentiis Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

§. 1. Prima tuba, quæ publicat in mundo resurrectionem sanctissimæ
Virginis, est Ecclesia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581

quæ annuatim celebrat Festum Assumptionis ipsius tantâ cum magnificientiâ, ut ad exprimendum gaudium, quod concipit ex illâ, incipiat eo fine hujus diei Missam ab hisce verbis latitiz : *Gaudemus omnes in Domino.*

Hoc accinit testimonium sacræ Scripturæ, quæ eis tam clare nondicat, ipsam resuscitatam esse, & assumptam Corpore & Animâ in cœlum; nihilominus plures habent sententias, pluraque verba, quæ in hoc sensu exponuntur à Sanctis Patribus.

Suffragatur eidem universalis omnium Catholicorum Doctorum opinio, qui unanimiter nos docent, nonque ad credendum inducunt efficacissimis, validissimis & evidenter argumentis, quibus posunt, Sanctissimam Virginem esse in cœlo cum Corpore & animâ.

Tandem id probant rationes

clarissimæ, p̄fissimæ & luculentissimæ, quæ allegati possunt ad probandam & stabilendam aliquam veritatem: An sufficiat introduce re tibi loquentes omnes hosce testes, ad persuadendum tibi veritatem Resurrectionis Sanctissimæ Virginis?

Novimus, quatuor tubas mitendas esse è cœlo in fine seculorum, ut fortiter suum emitiant sonum in quatuor mundi partes, unde quatuor orientur venti, & universis dent signum universalis Resurrectionis omnium corporum humanorum: Sed ecce alias quatuor tubas validas, quæ publicent & evulgent ubique in universo mun-

do. Sanctissimam Virginem resuscitatum jam esse & assumptam in cœlum Corpore & Animâ. Quatuor hæ tubæ sunt Ecclesiæ, Scriptura, Sancti Patres, &

Ratio.

§. I.

Prima tuba, quæ publicat in mundo Resurrectionem Sanctissima Virginis, est Ecclesia.

Ecclesia magnificè celebra festum Assumptionis N. Virginis in universo orbe, celebrat ipsa divina mysteria magnificentissimis, cum ceremonijs, Symphoniam, Organis, campanarum tonitu, & numero crepitum tintinnabulorum induit & excusat.

Audite resonante primam, quæ est Ecclesia: Emitit hæc vocem suam eodem tempore in omnes mundi Christiani partes in die triumphi hujus Reginae Cœlorum; celebrat ipsa divina mysteria magnificientissimis, quem possidet, pulcherrimorum ornamentorum splendor. Ipsa annuntiat & explanat omnibus filiis suis per ora prædicatorum Admirabilis hujus Matris magnificentias, ipsius applaudens gloria per elogia ac carmina lata, dum interim ipsa deportatur ab Angelis in cœlum cum Corpore & Animâ. Quis videns Ecclesiam

Q. qqqq. 2.

siam

siam hisce abruptam gaudijs , non
credat veritatem mysterij , quod
tantā celebrat cum magnificen-
tiā ?

Deprædicata est olim mirum in
modum gloria Reginæ Semiramis-
dis : Illusterrima hæc Princeps mo-
derabatur quadraginta per annos
Monarchiam Assyriorum tantā cum
Sapientiā , tantā cum animi forti-
tudine , tantāque cum felicitate ,
ut generosè superaverit , sibique
subjugaverit Æthiopes , ut eleve-
rit potentissimum exercitum Regis
Indorum , ut thesaurorum suorum
profusione , juxta suæ splendorem
magnificentie , complanari fecerit
montes , ut conficeret semitas re-
gas & ambulatu faciles in toto iuo
imperio , & plura adhuc præstite-
rit in suorum utilitatem populo-
rum , quos amabat tenerimè : si-
quidem , ut redderet campos ferti-
les , qui ut plurimum steriles erant
ex defectu aquæ , prospexit illis de-
magnâ aquarum abundantia , tra-
hens Amnes ac fluvios ex proprio
suo alveo , illisque divisit & di-
stribuit ubique per canales vel a-
queductus , ad irrigandum univer-
sam terram . Exantlavit ulterius
magna alia facinora , plures egre-
gias concessit actiones & viternâ di-
gnas memoriam ; unde monumen-
tò suo , ad divulgandam suam glo-
riam , hoc inscribi jussit Epitaphiu-
m : *Me natura quidem mulierem
finxit , ego vero meis gestis nulli
fortissimorum Virorum inferior fæ-*

Magnifi-
centia ad-
mirabilis
Regis Se-
miramidis.

Berosius
lib. 5.

*ti: Adjungere autem poterat : Na-
tura me fecerat nasci mortalem ,
sed virtus me resuscitavit , ac im-
mortalem redditit in memoriâ o-
mnium seculorum.*

*Magnum profectò & gloriosum Sandissime
hoc esse videtur , verum quid sit Virgo ac-
comparatum cum gloriâ Reginæ quisivit sibi
Angelorum hominumque ? Ipsa plus gloria ,
Reginâ fo-
rūramide ,
non solum moderata est particula-
tem quandam Nationem , sicut Se-
mitamis ; sed totam Mundi Chri-
stiani gubernavit Monarchiam au-
toritate suâ & consilijs suis ab As-
censione Domini nostri : Ipsa non
solum devicit Barbaros Æthiopiarum ,
sed exterminavit sola hæretes &
hæreticos ubivis terrarum : Cun-
gas hæreses sola interemisti in uni-
verso mundo . Ipsa non prostravit
exercitum Regis Indiatum ; sed
suo contrivit pede Caput Principis
tenebrarum : *Ipsa conteret Caput
tuum.* Ipsa non complanavit se-
mitas terræ , sed complanavit ac
faciles reddidit vias cœli exemplis
suis , ac potenti intercessione suâ ;
ipsa tandem non deduxit flumina
aquarem , ut ubivis redderet ter-
ram secundam ; sed procuravit
nobis & obtinuit à D E O torren-
tes gratiarum , quæ reddiderunt
Sanctam Ecclesiam adeò secun-
dam , ut non cessaverit producere
ab eo tempore , plurimos fructus
vitæ æternæ , Martyrum , Confes-
sorum , Sanctatum Virginum , &
spiritualium divitiarum infinitus
thesaurum ,*

Hec

Hem quām gloriosum Epitaphium inscribendum foret ipsius monumento? Nimis quām parum est insculpere illud Semiramidis: Natura me nasci fecit mulierem, sed mea virtus me reddidit viris superiorē. Ast dicendum foret: Supergressa sum omnem excellētiā Angelorum in cœlo: Nimis patum est dicere; Immortalem me reddidi in memorię hominum, sed dicendum foret; Reipsā immortalis sum, omnique resplendens gloriā & corpore & Animā, & ut tamen me honorat & militans & tri-

umphans Ecclesia. Adscribendum igitur foret idem Monumento ipsius Epitaphium, quod non scripserunt, sed pronunciārunt Angeli super illo Salvatoris nostri: *Sur Sanctissimam Virginis rexit, non est hæc: Ecce locum, ubi posuistis illam; is modò est va-*
cus, eòquod ipsius corpus non amplius sit in terris, sed in cœlis,
in throno gloriæ. Ecce tubam Ecclesie, quæ luculenter Resurrectionem ipsius annuntiat vobis: an sa-
tis percepistis eam? percipite modè illam Sacra Scripturæ.

§. II.

Secunda tuba, qua ubi vis annuntiat Resurrectionem Sanctissima Virginis, est Sacra Scriptura.

Quid dicere ipsa vult in psalmo centesimo trigesimo primo, alloquens D E V M hisce verbis: *Surge Domine in requiem tuam, tu & Arca Sanctificationis tuae: Quis dubitare potest quin loquatur JESU Christo collocato in monumentum suum, postquam suam deperdidit vitam, in pugnis & laboribus Passionis suæ? An permanebis semper, Domine, sic oppressus, sic obrutus horrendorum cruciataum tuorum pondere? Surge, resuscita te ipsum, & intra in requiem tuam: Surge Domine in requiem tuam.* Ecce, quod manifestè hæc verba dirigantur ad JESUM Christum.

Sed quid sibi volunt hæc alia,

quæ sequuntur? *Tu & Arca Sanctificationis tuae: Quænam est hæc Resurrec-*
Arca, pro quā ipsa similiter expe-
ctio amorem resurrectionem, vel vaticinatur, Sanctissimæ
ipsam quoque resurrecturam, nisi
Sanctissima Virgo? Nonne ipsa
vera est Arca, quæ conclusit Mana-
na Cœli; & Tabulas legis D E I in
personā Unigeniti Filij sui, quan-
do portavit ipsum in Virginio sinus
suo? Et sicut Manna & Tabulae le-
gis figuræ erant JESU Christi, sic
Arca antiqui Testamenti, quæ illa
includebat, figura erat Sanctissimæ
Virginis. Sed quare D E S tam
expresse mandavit illam fieri ex
*ligno incorruptibili, nisi ad signi-
ficandum incorruptibilitatem Cor-*
poris Sanctissimæ Virginis? ipsa
igitur

Q999 3